

niti vus nominis nihilum, ut velex unius Persij testimonio jam adducto liquere potest. Notat vero *nibili*, idem quod *nullius pretij*. Sic *nibili* homo passim apud Comicos est homo nullius valoris, vappa, nebulo. qualis à Græcis eleganter vocari solet μάταιος. Glossarium: *Mātau*, *inanis*, *cassus*, *varius*, *nebulo*. *Nibili servus*, habes apud Plantum Mænech. 5. 6. Speciatim *homo nibili* est is, qui castratus est, aut, ut Phædrus loquitur, *qui corpus amisit*. Plaut. sub finem Mil. Glor. *Loquere: nondum nibili factus*. De qua locutione consulendus doctissimus Rigaltius ad Phædrum in accurata illa digressione de Eunuchis. *Nibili* vero pendere, ducere, facere, eodem modo dicitur atque *flocci* facere, & *flocci* pendere: nemo vero dixerit *flocci* esse adverbium. Nec *nibil*, quod est indeclinabile, dixerim esse adverbium: quanquam sæpe transit in adverbium, atque pro *non* accipitur, prout vel ex uno Plauto liquet: & tum fortassis significationem auget & intendit. Ut, *Nihil me fallis*, efficacius est, ac si dicas, *me non fallis*, atque idem esse videtur, ac si dicam *prorsus non me fallis*. Quid vero intersit inter *nibil* & *nil* ratione usus, docet Servius ad lib. 6. Æneid. *Si pars (inquit) sequens orationis à vocali inchoët*, nihil dicimus, ut Heu nihil invitatis fas quemquam fidere divis. *Si autem à consonanti inchoet*, nil ponimus. ut Iuvenalis, *Nil tale expectes: emit sibi multa, videmus*. *Hæc Servius*. A *nibilo* iterum descendit *nibilo*, nominandi